





DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,
DE
**POENA DELICTIS
CONNIVENTIVM**
VEL
**EORVNDEM SCIENTIAM
HABENTIVM,**

INPRIMIS
AD FORA SAXONIÆ ADKOMMODATA,

QVAM,
MAGNIFICO ACADEMIÆ RECTORE
ET FACVLT. IVRID. DECANO,

DN. TOBIA JAC. REINHARTHO,

JCTO, DICTÆ FACVLT. IVRID. ASSESSORE ET COD. P. P. ORDIN.
ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITIS DE GLEICHEN ET HAZFELD CONSILIARIO,
NEC NON EJVSDEM CANCELLARIÆ ET CONSISTORII BLANCKENHAIN.
DIRECTORE, CIVITATIS ERFORD. SYNDICO
ET CONSVLE,
EX PERMISSV

ILLVSTRIS IURECONSVLTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA ELECTORALI ERFORDIENSI,
PRO GRADV DOCTORALI

RITE CONSEQVENDO,
PVBLICE VENTILANDAM EXHIBET
AVTOR

SAMVEL HENRICVS RAVFFVS,

Ratisbonensis.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORE.
DIE I. OCTOBRIS MDCCLXXXIV.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.

B

1734
86

DISSERTATIO IN AVGVRA LIB. JURIDICA

POENA DELICTIS
CONVENSIVM

FORVM SCIENTIAM
CIVILIS

AD FORA PRAECIPUE INCOMMUNIA

DR. JOH. JAC. KUNNINGHO

ALYSTRIS JURCONSULTORVM ORDINIS

PRO GRADU DOCTORALIS

AMVIEL HENRIQUEZ RAVEL

Per-Illustri, atque Excellentissimo
Domino,

DOMINO
CAROLO AUGUSTO
DE REX,

Dynastæ in Poblitz, Kreischau, Friefsnitz,
Steuth, Koyna, reliq.

Sacræ Regiæ Majestatis Polonicæ &
Electoris Saxonïæ Consiliario Intimo,
Curïæ Supremæ Prov. Lipsiensis
Præsidi gravissimo,

Ut &

Per-Illustri atque Excellentissimo
Domino,

DOMINO

CHRISTIANO DE LOSS,

Potentissimi Poloniarum Regis Saxo-

numque Electoris Serenissimi Præsidi

Consistorii Supremi Spectatissimo,

Primi Ordinis nobili Cubiculario, Aulae

ac Justitiæ Consiliario,

Dominis suis Gratosissimis,

D. D. C.

Autor.

VIRI

Per-Illustres, atq̄ Excellentissimi,

*Mecænates omni observantiæ cultu
prosequendi,*



Gnoscite, Viri de Patria Opti-
me meriti, si dissertationem sal-
tem Academicam Perillustribus
Vestris Nominibus dico ac
consecro. Et Divis munuscula gra-
ta, neque huc spectat quod minima non curet Prætor.

) 2


Fuère

Fuere etiam plurimæ rationes cur sub *Vestrâ* benignissimâ tutela illam publici juris fecerim. Haftenus enim quoties in causis forensibus occupatus fui, toties *Themidis Sacri Antistites* *Vestram* expertus sum in dirimendis litibus æquitatem atque justitiam, eamque simul benevolentiam quam non captare modo, sed & veneratione meâ demereri omnibus viribus conabor. Favete porrò, *Gratiosissimi ac Per-Illustres Domini*, *Vobis* submississimo. Sospitet SUPREMUM NUMEN & *Personas & Familias Vestras Per-Illustres*, cæptis omnibus annuet, & in feros usque annos *VOS* Patriæ, Ecclesiæ atque Reipublicæ salvos & incolumes conservet!

Per-Illustrium atq; Excellentissimorum
Nominum Vestrorum

Dab. Erfordie d. 1. Octobr,
M DCC XXXIV.

Cultor ac Servus obsequiosissimus
& humillimus,
Samuel Henricus Rauffus.



DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
POENA DELICTIS CONNIVENTIVM VEL EORVNDEM
SCIENTIAM HABENTIVM,
INPRIMIS
AD FORA SAXONIAE ADCOMMODATA.

§. I.

IN materia delictorum haud pauci inveniuntur. Multi vitium qui *vitia* cum criminibus contra principia moralia & juridica confundunt. quæ duo tamen inter se differunt: cum *crimen* sit, quod lædit præcepta justitiæ, cujus administrandæ gratia Republicæ sunt institutæ, *vitium* vero violat quædam saltem præcepta honesti & decori; virtus sui ipsius sit præmium, & vitium sui ipsius poena; aut, sicut honor virtutis præmium, sic dedecus & ignominia vitiorum sit poena. Hinc inferendum: Si is, qui habet τὸ κέρδιον in Republica, poenam statuit criminibus, idem ille nullo jure in Republica ex vitiiis crimina efficere, & potestatem Legislatoriam ad se non pertinentem, sibi vindicare poterit. Quæ distinctio ideo adducenda videbatur.

A

Cur sit addu- batur, ne promiscue, quæ de delictis deinde necessario dicenda
 Et hæc distin- sunt, ad vitia etiam statim extendantur.
 ctio ?

§. II.

Descriptio de-
 licii.

differt quo-
 dammodo a
 crimine.

an delictum
 & maleficium
 differant ?

non placet
 Strauchii de-
 finitio
 nec Franzkii

Delictum, uti vulgo describitur, est factum illicitum, dolo vel culpa contra LL. admissum adeoque animadversione dignum, v. l. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. 4. ff. de O. & A. Sumitur vero delictum vel late, & sic continet etiam crimen, vel stricte, ut in l. 2. §. 3. C. de vet. jur. enucl. l. 17. §. 18. ff. de Edil. Edict. & tunc opponitur crimini. Crimen enim a DD. sic distingui solet a delicto, ut capitalis fraus intelligatur nomine criminis, e. c. crimen perduellionis, assassinii, delicti vero, privata noxia, veluti furtum, injuria. Consistit autem delictum tam in omittendo, quam in committendo, ff. l. 13. §. 4. ff. de injur. & illud proprie delictum, hoc vero maleficium adpellatur; At jus nostrum non adeo accurate horum nominum discrimen observat, sed promiscue illis utitur, uti videre est ex pr. & §. 7. J. de Obligat. que ex delicto nasc. pr. & §. 2. J. de oblig. que quasi ex Contr. l. 1. ff. de jud. l. 1. ff. de priv. del. l. 3. ff. ad SCt. Turpil. l. 20. ff. de O. & A. aliisque quam pluribus, ex quibus apparet quod leges delictum sæpius cum maleficio, crimine, flagitio & peccato confundant. Cæterum aliter a STRAVCHIO differt. XIX. tb. 4. describitur delictum, nimirum quod sit factum illicitum, quo alterius utilitas leditur; quam tamen, ut imperfectam, antea adductæ postponendam esse putamus; Simile judicium habemus etiam de illa, quam FRANZK ad pr. J. de Obligat. que ex delicto nasc. n. 2. adducit, quod scil. sit deviatio a præcepto divino & lege nature.

§. III.

Circa divisionem delicti sollicitus non sum, cum vel hæc sit res prima principia jurisprudentiæ audientibus nota, vel etiam facillimo negotio in quolibet compendio evolvi queat, potiora quippe ad dicendum sese offerunt. Publico nimirum interest, ne delicta maneant impunita, v. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. c. 35. de Sentent. excommunicat. l. 98. §. 2. de Solut. l. 9. §. 5. de publ.

publ. veltig. Ex quo sequitur, quod Princeps vel alius, penes quem summa est potestas in Republica, indulgendo maleficiis, contra officium suum agere videatur, si debitam diligentiam, ut crimini præcludatur occasio, non adhibeat, v. l. 13. congruit, ff. de off. Præf. & Nov. 128. cap. 21. Gratia enim ac venia uni concessa, facilius alii delictum ejusdem generis perpetrant, v. c. 13. X. de vit. & honest. cler. l. 1. pr. C. ad L. Jul. repet.

An Princeps facilis in delictis condonandis esse debeat? negatur. cur?

§. IV.

Notanter in hanc rem CICERO Accusat. V. in VERREM, Exemplum a quod hic homines omnium deterrimos a morte liberaverit, scribit: *Quid ais, inquit, bone custos, defensorque Provinciae? Tu, quos adductum servos arma capere ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoveras, & de consilii sententia judicaras, hos ad supplicium jam more majorum traditos, & ad palum alligatos, ex media morte eripere ac liberare ausus es, ut, quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus reservares. Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, res judicatas rescindantur. Quæ, cum accidunt, nemo est, qui ullam spem salutis reliquam esse arbitretur. Quæ ac similia optime perpendens LVDO. Aliud præbet VICVS PIVS, cum reo cuidam ad mortem damnato, vitæ gratiam fecisset, solita devotione incidens in Psalm. 106. vers. 3. LVD OVIVS Pius Beatæ qui faciunt justitiam omni tempore, divino quasi oraculo officii admonitus, gratiam protinus revocavit, memorabili edita sententia: *Princeps, qui, dum punire potest, crimen non punit, non minus coram DEO reus est, quam si id ipse perpetrasset. Quod si observasset ille Rex Gallia, in quodam homicidii veniam petente, conquerens & dicens: Atqui jam tertium homicidium est; non necesse habuisset illam morionis responsionem audire: Quid ais? dicentis, imo primum duntaxat homicidium perpetravit, tu secundum & tertium: nam si primi veniam illi non dedisses, unicum illud saltem commississet, referente PHILIPPO CAMERARIO, Hor. success. L. I. c. ult. p. 469. Laudabile igitur bonique judicis officium est, delicta com-**

missa non sinere impunita. Cum præsertim pinguior victima
 mactari Deo nequeat, quam homo sceleratus, ait Seneca; recte
 que dicitur : *is qui parceret malis, nocet bonis.*

§. V.

Delicta in
 qualibet Re-
 publica sunt
 punienda.

Constat itaque ex præcedentibus, in qualibet Republica
 bene constituta delicta nullo modo esse toleranda, sed punien-
 da, cum alias de salute & Principis regnantis & subditorum
 actum sit facile. Delictum vero aliquando adeo est manife-
 stum, ut iudex etiam ex officio, sine accusatione criminali vel
 denunciatione procedere, atque poenam condignam injungere
 possit. Aliquando vero istud iudici est incognitum, ubi ipsi
 nihil imputandum, si impunitum relinquatur, iusta quippe &
 invincibilis ignorantia facti alieni merito ipsum etiam iudicem
 excusat. Hinc hoc casu opus est, ut *vel* iudici delictum saltem de-
 nunciatur, quo deinde ulterius inquirere, ac pro modo admissi,
 poenam determinare queat. Utrum vero tertius, qui delicti
 commissi certam notitiam habet, salva conscientia tacere possit, &
 si iudici ad puniendum non denunciet, propterea poenam in-
 curret? in specie nunc paulo latius considerandum est nobis.

§. VI.

Credimus autem omnino : *Conniventiam vel Scientiam
 delicti punibilem esse*, uti ostendit dissertationis rubrica. Quo
 vero eo melius de hujus intellectu legentibus constare possit,
 in pauca distincte præmittenda videntur. Scilicet, quæritur, *an leges
 in conscientia etiam obligent?* De legibus divinis, sive naturalibus,
 sive positivis moralibus nemo, cui mens sana in corpore sano, for-
 san dubitare poterit. v. *Exod. XX* hinc non de his, sed de legibus
 humanis positivis, sive civilibus, quæstio intelligenda. Quæ ut
 rite intelligantur, distincte iterum concipienda: *Nimirum vel quæ-
 ritur: an violans Legem humanam præcipientem vel prohibentem
 eaque, si absque hac lege esset, non essent præcepta vel prohibita,
 peccet ito; ut in ipso conscientia, sive Dei, foro reatum committat?*
*An vero in foro exteriori solum ad poenam obligetur, sicque hac
 præ-*

An leges in
 conscientia
 obligent?

distinguen-
 dum.

præstita pena, nullum conscientia scrupulum sibi movere necesse ha-
 beat? Quæ quæstio vix accurate decidi potest, nisi prius sciamus
 quid sit **OBLIGARE IN CONSCIENTIA**? Scil. Conscientia Quid sit Con-
 dicitur dictamen practicum intellectus, à Deo inditum, de actioni-
 bus nostris ad legem relatis, ut videamus, an bonæ sint, uel malæ,
 adeoque dictamen practicum homini præscribit, quid faciendum, quid
 omittendum? Quamobrem obligare in Conscientia, est ita obli- Quid obliga-
 gare, ut secundum illud dictamen aliquid sit faciendum vel re in consci-
 omittendum: adeoque si contra quis agat, Deum offendat, & entia?
 pœnæ, quâ crimen divinitus vindicetur, obnoxius fiat, v. GE-
 ORG. CALIXT. *Theol. moral. p. 29.*

§. VII.

His igitur præmissis in ea sumus opinione; Quod lex hu- Lex humana
 mana positiva *justa sc. & recta*, quæque ita comparata est, ut actui obligat in
 sub pœna nullitatis non præscribat formam, siue non mere pœna- conscientia
 lis sit, vim & efficaciam obligandi in conscientia habeat: quo-
 niam 1) legislator civilis, fert leges ut minister Dei, vi potestatis ratio 1)
 ab ipso acceptæ; Et qui magistratui ejusque legibus non obtem-
 perat, Deo non obtemperat, v. *Rom. XIII. 1, 2, 4, 5. addat. l. 2. ff. de*
LL. verbis: ἐνεργου καὶ θεοῦ οὐκ εἰς. Et 2) ipsum dictamen practi- 2)
 cum dicitur, etiam leges Civiles, boni publici causa juste latas,
 esse servandas: adeoque lex, postquam lata est, immediate, obligat
 subditos in conscientia, ac iis non obtemperantes contra consci-
 entiam peccant. *Conf. AZOR. Institut. moral. libr. V. c. 6.* Quæ velim sic
 accipias: Non quidem absolute & authentice verum id esse, quod
 in legibus positivis a Principe *vel* præscriptum *vel* determinatum,
 nisi quatenus S. Scripturæ convenit, seu non contrariatur. Nec
 enim conscientia subditorum ita vinculum imponitur, quasi a
 Principe decisum necessario credere debeant, sed quia, si a Prin-
 cipe negotium lege aliqua determinatum non esset, nullus litium
 in Republica finis foret, & perpetuis turbis consumeretur Res-
 publica, sunt verba *BRVNNEM. Jur. Eccl. Lib. I. c. 11, §. 17. in fin.*
conf. IDEM c. 1. c. VI. membr. 1. 19. ibique STRYK.

§. VIII.

Monitum pro
Advocatis.

Quæ cum ita sint, probe etiam Advocatis observandum, ne contra leges expressas illicita atque fucata cautela ad obruendam veritatem, vel ad necem alterius, remordente interim conscientia, utantur, v. JUSTVS OLDEKOP, *Obs. Crim. Tit. I. Obs. II. n. 3.* ubi *num. preced.* bene monet, quod advocatus aliis cavere volens, sibi præcipue cavere debeat; Recte vero sibi caveat, si caveat, conscientiæ, quam cautelam cautelarum pro Advocatis esse dicit. Cavebit ergo Advocatus, ne per cautelas vincens, cauteriatam consequatur conscientiam. v. SPEIDEL *in Spec. Jurid. Polit. voc. Cautela in fin.* Quamvis enim in hac vita cautelæ Advocatis profint ad honorem, in futura tamen vita ædificant ad Gehennam v. BRVNN. *Proc. inquis. c. VIII. Memb. I. n. 57.* & sane ipse SCÆPOLLA, *Cautela ob. in fin.* subjicit: *sed cave, ne hac cautela utaris in perniciem animæ tuæ.* Gravissimum certe de SCÆPOLLA iudicium est LANCELOTI *de offic. Advocat. cap. n. n. 13.* scil. quod occurrant in ejus tractatu multa, quæ non solum non digna, ut legantur, verum aut tanquam hæresin sapientia igne vindice absumenda, aut certe tanquam occasionem capitaliter peccandi exhibentia, penitus repudianda. Quo usque vero Advocato in bona causa cautelis uti liceat, prolixè tradit COVARRUVIVS *var. resol. L. I. c. 2.* Si itaque ejusmodi cautelæ, stratagemata, vel, uti germanice efferri solent, *juristische Sündgen*, de quibus GERDESIVS peculiarem habuit dissertationem, Gryphiswald. 1708. ad causæ protractionem vel inversionem, contra legum dispositionem adplicentur, peccat Advocatus omnino, nam hunc etiam leges in conscientia obligant, ut iis ex mente legislatoris recte utatur.

§. IX.

Leges itaque quemlibet subditum in conscientia obligare, ita, ut secundum normam à superiore præscriptam conformare se debeat, ex iis, quæ in præcedentibus adduximus, satis adparet. De singularum vero legum obligatione, quatenus in communi

muni vita non omnis non ad illas servandas teneatur, ordine dicere, nec propositum nostrum patitur, nec facile fieri potest, hoc enim esset stabulum Augiæ purgare; Animus enim saltem est, in specie hac dissertatione de iis legibus, quæ circa materiam delictorum occurrunt, quædam in medium proferre; Ubi tamen non in genere leges, quibus certa pœna imposita, si aliquis in eas peccat, sed tantum pro instituti ratione, ejusmodi casus, quatenus aliquis scit, delictum ab altero commissum esse, hoc vero judici ad puniendum non denunciatur, considerabimus; conf. CARPZ. qu. 134. Hanc enim scientiam in rubrica dissertationis proprie *punibilem* vocamus; id quod nunc ex omni ferè jure in subsequentiibus quodammodo demonstrare adnitemur.

§. X.

A jure divino igitur merito exordium facimus, an nimirum, si quis maleficium, ex quo *summo Principi, Reipublicæ, vel tertio privato*, damnum imminet, vel jam factum est, sciat, judicij vero, ut debito modo coerceatur, non denunciatur, pœnam incurrat, legibus divinis? Quæstionem hancce adfirmare nulli dubitamus; Cuilibet enim sacras Pandectas evoluenti facile constabit, Deum immortalem fontem esse omnis justitiæ, imo justitiam ipsam, qui nos quotidie innumeris bonis, quibus omnibus indigni sumus, cumulat, simul vero etiam admodum severe præcepta sua sacra violantes punit, v. *Exod. XX. v. 7. Psalm VII. v. 11. 12. & 13. Psalm L. v. 21. Psalm LXXXIX. v. 11. Esaiæ I. v. 20. it. Cap. XXIV. v. 1. Jerem. XI. v. 3. seq. Ezech. V. v. 6. seq.* & plura alia loca, quæ omnia transgressoribus legum divinarum severissimam minantur pœnam. Imo jus divinum non saltem ipsos delinquentes coerces, sed etiam præprimis delicti *conniventiam, sive scientiam punit*, id quod, ni fallor, satis ostendit processus contra summum sacerdotem Eli institutus, cui filiorum suorum adulteria, stupra, aliaque delicta certissime nota erant, connivendo autem nimis indulgebat, nec jure sibi competente utebatur, ut propterea Dei iram maxime incitaverit atque duram

Transitus ad
sequentem
tractationem

Scientia deli-
cti est punibi-
lis jure divino.

Exemplum,

sense-

senferit poenam v I. Samuel. II. v. 27. seq. & III. per tot. Et cum juxta legem divinam illius sanguis necessario sit effundendus, qui sanguinem alterius effudit, nec terra Deo placari possit, antequam sanguis occisi fuerit vindicatus, sic enim sacrae sonant literae: Das Land kann nicht wieder versöhnet werden, es sey denn wieder vergossen das Blut dessen, welcher Blut vergossen hat; Quisquis obligatus est, ut indicet homicidam sese occultantem, nisi pro socio criminis haberi, & poenam arbitrariam incurere velit.

§. XI.

Jure imperii
publico
Exemplum I.

Scientiam delicti alieni jure etiam Imperii punibilem esse tribus saltem casibus illustrabimus. Primum Aurea Bulla Carol. IV. tit. 24. sistit, in quo in specie de perduellionis crimine, de quo etiam infra §. XXI. dicendi locus erit, tractatur. In hoc crimine scientia maxime punibilis est, sic enim in §. Emancipationes &c. disponitur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputetur. Id quod de praedictis eorumque filiis cavimus, etiam de satellitibus, NB. conscis, ac ministris filisque eorum simili severitate censemus. Cum vero hoc delictum, quod contra Majestatem humanam committitur inter atrocissima ab omnibus merito referatur, gravissima non tantum poena in ipsos delinquentes statuitur, sed haec etiam ad conscios delicti haud inique extenditur, quia, si ab his revelatum fuisset, malum a Republica, Principeque averti potuisset, hinc rectissime poenam sua culpa sentiunt; uti è contrario, si delicti hujus scientiam in tempore manifestaverint, praemiis affici solent, per Aur. Bull. loc. cit. verbis: Sane si quis ex his in exordio initae factionis, studio verae laudis accensus, ipse prodiderit factionem: & praemio a nobis & honore donabitur. Ex his verbis equidem aliquis nobis objicere posset, artic. cit. XXIV. non loqui de Scientia delicti, sed de Socio delicti, qui, si citius manifestaverit illud, praemiis adficiendus; Sed respondetur, etiamsi de Socio delicti & criminis saltem articulum intelligere velis, nihilominus detexit simul

simul delictum alienum, & si hoc non faciat, non proemio, sed poena condignus est. conf. JO. SAM. STRYK. dissert. cui titulus: *Aurea Bulla controversæ potiores ib.* 127. Cæterum apud Anglos hoc delictum singulari plane modo punitur; Sic enim *Witte* im Staat von Groß-Brittanien P. I. c. 25. p. 807. scribit: Die Englische Rechte und Gewohnheiten nehmen die Person, und die Sicherheit des Königs sowohl in acht, daß sie auch aus denen Gedanken und dem Willen ihn zu tödten ein Laster des Hoch-Verraths gemacht haben. Und weils eine nur intendirte *Conspiration* die Königlichen Rätthe und hohe Bediente zu ermorden, oftmals die Ursache des Königs-Mordes gewesen; So haben eben diese Gesetze und Gewohnheiten ein Laster der *Felonie* oder ein solch Verbrechen, das mit dem Tode abzustraffen ist, daraus gemacht. Imo hoc jure, uti Autor pergit, ii, qui sana ratione destituuntur, ob tale delictum capitaliter puniuntur.

§. XII.

Dictum fuit de majestate humana, quem casum merito *sc-* Ex-
cundo excipit majestas divina; Sicuti enim illa, sic etiam hæc
 indies mille & infinitis modis læditur. Prodeant saltem exem-
 pli loco *Blasphemantes*. Ubi quasi in parenthesi monendum
 & omnium animis imprimendum, *nihil magis magisque profa-*
uum dici posse, quam quod Tiberius olim dixit: Deorum inju-
rias Diis curæ esse, quasi nil ad homines pertinerent. v. DAM-
 HOVD. Pr. Crim. c. 61. n. 1. Viv. L. II. Dec. 275. n. 10. ubi sequenti-
 bus numeris hoc crimen pluribus exaggerat. Longe sc. aliter ju-
 dicarunt jamdiu Imperatores & alii superiores religiosi, qui bla-
 sphemias in Deum prolatas severissimis poenis coercendas esse ju-
 dicarunt. Equidem olim in Imperio in blasphemos in diversis
 Imperii recessibus, diversæ poenæ etiam erant constitutæ, ita
 ut fere arbitrio judicis relinquenda videretur. Recessus quippe
de Anno 1594. pecuniariam blasphemis imponit: Daß ein sol-
 cher eine Mark = Geldes zur Straffe geben solte; *Quod in Re-*
cessu de anno 1500. etiam constitutum. In *Recessu* vero de anno

B

1512.

1512. corporalis vel pecuniaria ratione blasphemiae in Deum immediate vel mediate commissae, statuitur. *In Reccessu denique de anno 1530. vel carceris, vel ademptionis bonorum, vel mortis poena, pro ratione blasphemiae reiteratae reis infligitur, tit. von Gottes-Lästerern, verb. Darauff ordnen und setzen wir. Constit. Caroli V. art. CVI. blasphemis secundum qualitatem personae & criminis magnitudinem, poenam corporis adficiendam, membrorum mutilationem, aut etiam ultimum supplicium comminatur. In novioribus tamen Reccessibus de anno 1548. & 1577. tit. I. von Gottes-Lästerungen indistincte mortis poena, aut amputationis membrorum pro modo eorum, quae circumstant, decernitur. Quo loco etiam in scientes & non manifestantes hoc delictum animadvertendum, in verbis: Welcher aber obgemeldte Lästerung hören, oder in seinem Hause wissenschaftlich gedulden, dazu stille schweigen, und solches der Obrigkeit der Ende nicht anzeigen, oder eröffnen würde, derselbige soll zu dem, daß er sich damit gegen Gott schwerlich verschuldiget, von seiner Obrigkeit nach Gestalt der Sachen gestrafft werden.*

Quomodo in scientes animadvertendum.

§. XIII.

Exemplum 3.

Tertium casum ex jure imperii exhibeat libellus famosus quem verbo saltem tangere liceat. Quæritur sc. an ad formalitatem libelli famosi requiratur, ut autor non adponat nomen suum? Equidem *STRUV. in Jurispr. Rom. Germ. Lib. III. tit. 23. §. 16. in ea est opinione, libellum famosum dici, five nomen sit expressum five tectum, quæ sententia ex eo vera centeri posset, quia omnino impudentius agere videtur, qui nomen suum libello subjicit famoso, hinc cum STRUVIO sentientes, ad stabilendam suam opinionem, huc trahunt etiam verba Ord. Polit. d. A. 1577. tit. 35. §. und setzen ic. ibi: es habe der Autor seinen Nahmen drunter gesetzt, oder nicht. Verior tamen mihi semper visa fuit, ad formalitatem libelli famosi requiri omissionem nominis autoris, & alias non Pasquillum, (sit venia verbo) sed saltem injuriam scriptam dici posse, inter quæ duo distinguendum*

dum omnino est, cum diversissima in utroque obtineat poena; Ad dictam Ordinationem Politicam autem cum BERGERO, in *El. Proc. Crim.* p. 87. respondeo: Illam non loqui de famoso libello, sed tantum hoc velle, *ne libri, ad infamiam & contemptum alterius conscripti imprimantur ac vendantur*, etiamsi nomen istis libris adjectum sit. Et propterea verba: *es habe der Autor &c.* adplicanda sunt ad verbum, quod proxime antecedit; *Schriefften*, non ad verbum: *Famos-Bücher. Conf. omn. FINKELTH. obs. 36.* Hæc incidenter quasi dicta sunt. Cæterum famosus libellus non stricte, sed late accipitur, ita scilicet ut fiat, 1) Scriptura, mosius v. mo. 2) Typis, 3) Pictura, 4) Sculptura, 5) Opere fusorio, v. l. 5. §. dis dicitur. 10. de Injur. Rec. Imp. de A. 1530. 1584. & modo allegat, d. A. 1577. c. l. ibi: *Gedicht, geschrieben, in Druck gebracht, gemahlt, geschnißt, gegossen.* Qui §. circa finem ab omnibus, qui scienter ejusmodi libellum famosum possident, vendunt, emunt, diligenter est observandus, ne poenam ibidem dictam incurrant.

§. XIV.

Progredior à jure publico ad jus canonicum, Hoc vero de-
 liciti scientiam etiam poenâ dignam habere, dubitandum non erit, Punitur jure canonico.
 Peccat enim certissime, qui non revelat, contra charitatem proximo debitam, imo, quod probe observandum, non caret scrupulo societatis occultæ, qui criminibus futuris non obstitit, v. c. 6. de Sentent. excommunicat. in 6. hinc notum est istud: Qui patitur quod prohibere potest, id ipsum facere videtur; Et qui non repellit a socio injuriam, cum possit, tam est in vitio, quam ille, qui facit, v. can. 7. XXIII. qu. 3. Et ulterius, qui delicta, quæ potest emendare, non corrigit, culpæ reus dicitur, v. c. 12. XXIII. qu. 3. Ex quibus, ni fallor, satis adparet, desidiam atque negligentiam ejus, qui futuro delicto quovis modo, etiam revelando, obviam non iuit, jure canonico & in conscientia teneri, eumque arbitrarie puniendum esse, cum conservatio tranquillitatis humanæ, cui contrariantur crimina, à quolibet in Re publ. sit quaerenda. Hinc ex cap. 4. X. de furtis, communiter

B 2

statuunt

statuunt, quod Episcopi ob scientiam delicti, si id ab illis revelatum non sit, excommunicari possint. conf. CLAR. qu. 27. n. 3. & qu. 42. n. 2.

§. XV.

An confessio-
narius deli-
ctum confiten-
tis revelare
teneatur.
Negatur jure
canonico.

Quia Episcopus ob scientiam delicti puniri solet, non incongrue hoc loco paucis inquirendum, quid sentiendum de quaestione: *Utrum confessionarius delictum confitentis revelare teneatur, & si hoc non faciat, an poenam incurrat?* Quae quaestio jure canonico negative deciditur, Sacerdos enim, qui peccata poenitentis manifestat, deponitur, v. *Distinct. VI. de poenit. c. 2.* ibi: *Sacerdos ante omnia caveat, ne de his, quae ei confitentur peccata, alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur & omnibus diebus vitae suae ignominiosus peregrinando pergat.* Poena perpetuae peregrinationis autem, cap. *omnis utriusque X. de poenit. & remiss.* quodammodo temperatur, ut sit poena perpetuae inclusionis in monasterium, ibi: *Verum etiam ad agenda perpetuam penitentiam in arctum monasterium detrudendum.* Maxime enim odiosa haec revelatio videtur, ut propterea INNOCENTIVS *Serm. 3. §. 32.* dicat: *gravius peccat Sacerdos, qui peccatum revelat, quam homo, qui committit.* Et magistratus, qui concredita sub sigillo confessionis scire intendit, irreligiosus vocatur, quae de re videre licet AVIANI *prax. Eccl. fol. 11. apud DEDEKENN. fol. 927. n. 49.*

§. XVI.

Quando Ca-
nonista per-
mittant reve-
lationem.

Ipsi Canonistae tamen in *c. 5. X. de adult.* permittunt revelationem in duobus casibus, scilicet 1) si poenitens sacerdoti concesserit licentiam, quia licet cuilibet favori renunciare, l. 29. *C. de pact. l. 51. C. de Episc. & Cler. Nov. 136. c. 1.* 2) Si Sacerdos ante, vel post confessionem idem cognoverit. Alii alia incedunt via, statuentes, sacerdotem omnino delicta confitentium illa omnia, quae a Dd. gravissima seu atrociora dicuntur, judici ad puniendum denunciare teneri, nisi arbitrariam incurere velit poenam; Et huc referri solent, quae concernunt aliorum salutem, aut

aut, quod convenientius dictum, perniciam, eamque vel publicam, totius civitatis aut Principis, vel privatam, unius paucorumve, v. g. hæreticorum conventicula, veneni injectionem, puteorumque infectionem, ignis in domum alicujus immisionem, quæ, si adhuc in molimine esse deprehendantur, revelanda volunt Magistratui. Prout sentiunt DANÆVS in *Isagog. part. 4. lib. 4. c. 62.* ISAAC CASAVB. *Exerc. 16. ad Baron. n. 168.* Alii adhuc aliter distinguunt. Nobis non liquet, impræsentiarum ulterius hic inquirere, cui vero volupe est legere plura de hac materia, evolvere potest ADRIANVM BEYERVM, in *Tr. de sigillo confessionis*, Von Geheimhaltung der Ohren- & Beichte. *Jen. 1683. edit. it.* GERDESII dissert. de jure revelationis, *C. I. n. 9. sequ. Gryphiv. 1673.* hab. item ZAVNSCHLEIFFER, *dissert. de revelatione cap. II. Marb. 1694.* hab. Restarent plura de jure canonico exempla, ubi delicta manifestanda sunt, quia vero etiam præliminariter de aliis juribus nobis quædam sunt proferenda, hæc sufficiant.

§. XVII.

Jure feudali Longobardico scientiam delicti punibilem esse, Punitur jure nemo, qui saltem juramentum, quo Vasallus Domino suo obfeudali Longobardico stringitur, considerat, negabit. Habentur autem ejusmodi formulæ in jure feudali communi II. feud. 5. 6. & 7. quarum hæc est summa: *Vasallum teneri utilitates Domini in ejus corpore ac vita, honore & rebus promovere ac adjuvare, & damna, incommoda, pericula ejusdem præcavere, propulsare & avertere.* vid. RITTERSH. in *Parat. feud. L. I. c. 10. qu. 6.* Amplissimum esse illarum ambitum, nemini non vel leviter eas inspicienti, incidit in oculos, quod secum perpendens ROSENTHAL. *c. 10. concl. 15. n. 4.* ita notanter scribit: „Quando considero textus qualiter: Vasallus jurare debeat, & quam stricte, quam arcte, quam fortiter & severe fidelitas adstringat vasallum, obstupesco, monitosque cujuscunque ordinis homines velim, qui vel vinculo vasallagii tenentur, vel se illo illigare volunt, ut secum expendant, & memoria crebro reputent, quam sit periculosum, &

„quam cito humana fragilitas in perjurium, & sic abjuracionem
 „auxilii-divini, i. e. salutis æternæ incidere, & omnibus Dei be-
 „neficiis elabi possit, ut nihil temere agant.

§. XVIII.

In specie vero Vafallus Domino suo obligatur ad revelationem, sic enim II. F. 7. conceptis verbis formula fidelitatis: *Et si scivero vel audivero, de aliquo, qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum præstabo; Et si impedimentum præstare nequivero, quam cito potero NB. tibi nunciabo.* Ex quibus pronò fuit alveo, si vafallus sciat, periculum Domino imminere, eum vi præstiti juramenti neutiquam tacere posse, & si hoc faciat, incidere in crimen felonix, ac plerumque feudo privandum esse. v. I. f. 5. §. item si fratrem II. f. 24. §. ult. ibi si vero. MENOCH, de A. J. Q. cas. 355. n. 18. Concl. 65. n. 18. L. S. Dixi plerumque: Obtinet enim privationis poena, si interesse Domini sit magni momenti, v. g. quod versatur circa vitæ, corporis aut patrimonii grandem jacturam, & vafallus certioracionem omittat, v. II. F. 24. §. 2. ROSENTH. cap. X. concl. 17. n. 40. Fatendum tamen est hoc casu, judicis arbitrium in hac quantitas interesse dijudicatione, utramque fere facere paginam, quippe qui dijudicat, an jactura sit grandis, ROSENTHAL. cit. cap. X. concl. 17. n. 53. cuique permittitur facultas censendi, an res sit modica, v. BRVNNEM. ad l. 1. C. de Defensor. civit. MENOCH, de arbitr. Jud. quæst. L. II. c. 145.

§. XIX.

Si itaque judex interesse pro magno reputet, etiam ad feudum privationem pronunciare potest, conf. II. F. 26. §. 2. it. II. F. 28. §. ad hæc. Aliud vero dicendum, si interesse vel damnum, quod ex reticentia Vafalli sentit Dominus, sit modicum atque paruum, quo casu feudi privatio locum sibi vindicare nequit: est enim illa inter felonix species in jure feudali nusquam relata; nec etiam causis ibi relatis similis, vel major, quorum tamen unum ad feudi privationem indispensabiliter requiritur. v. II. F. 24. verbis:

præd.

Pœna non re-
 velationis.

Quid judici
 hic observan-
 dum?

præd. mod. imo II. Feud. 26. c. 3. expresse statuitur contrarium, & vassallus ab amissione feudi pronuntiatur immunis. Dissentit quidem ROSENTH. c. 10. concl. 15. n. 2. ex hac ratione, quia in omni, qui dolo malo transgressus est iuramentum fidelitatis, adsit perjurium in Dominum commissum; illud autem simile videatur aliis feudi amittendi causis, hinc merito quoque talem Feudi privatione esse puniendum; Verum ROSENTHALIO aper-

Notatur Ro-
senthal.

certum est, quod non ex omni causa, ex qua opinio Vassalli gravatur, beneficium amittitur; nam & sepe dejerat & beneficium nihilominus retinet, addito exemplo: ut puta si beneficii partem alienat, absque Domini scientia, beneficium quidem retinet, sed fidem promissam servare non videtur. Nec movet CVJAC. qui pro voce textus dejerat, substituit degencrat, quam lectionem vulgari præferendam esse quoque censet BITSCH. ibid. notab. I. nam correctionem illam nullum habere fundamentum docet MINVCIVS L. IV. tit. 16. c. 33. & BARRATER Tit. XI. c. 1. Nec infirmatur textus decisio per l. 41. C. de transact. quam objicit ROSENTH. c. 1. sed respondetur: Tunc demum, quando casus emerferit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, strenuus Jurisperitus absque calumnia lege scripta uti potest, II. E. i. hic vero expressa juris feudalis decisio adest. Imo si quis iuramentum in modico, quamvis substantialia violet, pœnam perjurii ordinariam non habere locum, tradit post VINCENT. MANCIN. de juram. part. V. effect. II. n. 4. & 5. DECIAN. de Crim. L. VI. c. 10. n. 74. ZAHN, de mendac. L. 3. c. 12. n. 12. Non tamen propterea plane sine effectu erit levior hæc Vassalli reticentia, sed Domino tenebitur ad Interesse pro arbitrio iudicis.

§. XX.

Ratio postulat, ut etiam ex juris civilis dispositione, *scien-* Punitur iure
tiam sive conniventiam delicti esse punibilem, ostendam. Hic civili
quidem infiniti casus se offerunt, quam ob rem, pro instituti
ratione

ratione ex multis paucos saltem illustrationis gratia nobis adducere licet. Supra §. II. jam ostensum, fuit crimen, istud, quod perduellionis vocant, optima ratione inter atrocissima primo loco referri, ubi simul, quod & quomodo Legibus publicis illud sit puniendum, quedam in medium prolata sunt. Hic igitur ex Legibus civilibus nobis continuandum: De personis autem, in quas nefandum hoc delictum committi possit, & an in specie in Papam, (v. STRYK. in *V. M. ad Leg. Jul. Majest. §. 6.*) item de personis, a quibus perpetrari queat, supervacuum existimamus quædam dicere, quia hæc atque similia in omnibus juris compendiis ad *dict. tit.* facili negotio evolvi possunt; meum igitur saltem est adducere, quid de scientia hujus delicti leges civiles disponant.

§. XXI.

Casus I.

Maximopere autem hujus delicti scientiam puniendam esse, patet *ex l. 3. §. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Majest. conf. BOCER. de crim. les. Maj. c. 2. n. 39. BAST. ad l. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* Et hoc haud pauci extendunt, sive manifestans delictum illud probare possit, sive non, v. BARTHOL. in *leg. utrum de parricid.* alii vero ab hac sententia recedunt, statuentes, tunc saltem manifestandum esse hoc delictum, si probari possit, ne alias denuncians periculum tormentorum subire cogatur, v. *l. 3. ad L. Jul. Maj. DECIVS in l. culpa caret, 50. de R. J.* Quas diversas *Dd.* opiniones ALCIAT. *Lib. VIII. Parerg. c. 9.* hunc in modum conciliare studet, ut dicat, primum procedere *per modum admonitionis*, quam distinctionem sequitur BRUNNEM. *ad l. 5. n. 35. §. seqq. C. ad L. Jul. Majest.* Quod autem in specie poenam non revelantis attinet, cum CLARO *§. f. qu. 86. n. 2.* distinguendum est, inter crimen *perduellionis* & *Majestatis* in specie sic dictum; Ob *prioris sc.* subteritiam poena mortis inferitur, v. *l. 5. §. 6. ibi: eadem severitate censemus C. ad L. Jul. Majest. v. BARTHOL. in leg. fin. l. de fabric. DEC. lib. c. 34. n. 9.* Triste hujus rei exemplum præterito seculo fuit in THVANI filio, digno

digno tanto parente, qui Anno 1642. ideo ultimo supplicio affectus, quod conjurationem a Domino le Grand de Cingmars Equitum Magistro, LVDOV. XIII. Regis Gallia, sibi clam ex familiaritate significatam, non publicasset, eademque poena illi imposta, ac conjurationis auctori v. le Journal du Cardinal de Richelieu, Tom. II. p. 859. conf. Willenberg Dissert. de Scientia delicti punita S. ultim. Francof. 1697. hab. idque adeo procedere haud pauci putant, ut etiam is, qui sub jurisjurandi religione promisit non revelare laesae majestatis reum, non obstante hoc juramento nihilominus indicare teneatur; quia juramentum tale est contra leges & bonos mores praestitum, adeoque non obligatorium c. non est obligatorium 58. de R. J. in b. Quae poena, quamvis severa videatur, justa tamen est; Quomodo enim Princeps subditis suis confidere poterit? nisi pro certo teneat, quod si sciat aliquis, contra ejus vitam ac statum insidias strui, id statim ipsi sit notificandum, huc arg. l. 1. §. 17. ff. ad SCtum Silan. ubi non factam revelationem reus extraordinarie coercetur. Multi tamen suadent Principibus, ut in hisce casibus potius humanitati quam severitati locum relinquunt, quod maxime procedet, si effectus non fuerit subsecutus, v. FARINAC. qu. 51. n. 69. seq. Mitior etiam poena statuenda erit in uxorem, quae mariti delictum non revelat, quia non tenetur Fidem conjugalem revelando frangere, itemque de patre filii crimen non manifestante statuendum, v. l. 3. §. 6. de re milit. l. 4. §. 11. eod. l. 2. de recept. FARINAC. c. l. n. 81. seq.

§. XXII.

Præter crimen perduellionis, quod 1) in præcedentibus adduximus, alia perplura in legibus nostris occurrunt. Re-fero huc 2) Liberos, qui se potestati parentum subdixerunt, 3) servos fugitivos; Has personas nemo secum detinere, sed statim manifestare tenetur; Qui vero contra legum prohibitionem eas celare ausus fuerit, ex l. Fabia de plagiariis punitur, v. l. 5. 9. §. l. pen. C. ad l. fab. de plag. Celantium poena autem olim fuit tantum pecuniaria, v. l. 6. §. ibi Gl. C. d. t. Hodie ex lege CONSTANTINI ea est gladii l. f. C. d. t. qua plectuntur non
C solum

Caf. 1.)

2.)

3.)

Cafus 4.) folum, qui liberos homines vel fervos alienos celant, fed etiam ii, qui auxilium & operam præbent, adeoque complices funt delicti, v. CARPZ, *Pr. Cr. Part. II. qu. 83. n. 93.* 4) Plagium, quo ita dicitur, non à plagis, fed ex eo, quod *πλαγίως*, i. e. oblique & fraudulenter fiat, vid. LVDWELL, & RITTERSH. §. 10. I. de *publ. judic.* quod obliquis artibus & dolis utantur plagiarii, Pœna hujus delicti olim erat pecuniaria tantum, deinde damnatio in metallum constituta, in *l. f. ff. de lege Fab. de plag.* tandem jure Codicis facta est capitalis, vid. *l. 16. C. ad l. fab. de plag.* quæ convenit jure divino, v. *Deuter. XXIV, 17.* generale hoc est præceptum, & comprehendit non folum liberos & fervos in potestate patria vel dominica existentes, fed etiam quoscunque alios homines fui juris, adeo ut five quis mafculum, five fœminam celaverit, ex lege *Fabia* de plagiariis teneatur.

§. XXIII.

- Cafus 5.) Succedit 5.) casus, ubi Dominus ab uno ex familia est occisus, de eo enim, qui ejusmodi occisorem recipit, atque celat, in hunc modum pronunciat VLPIANVS in *l. 3. §. 12. ff. ad SCtum Silan.* si quis, inquit, quem eorum servum servamque ex ejus familia, qui ejus facinoris noxius erit, receperit, vel celaverit, sciens dolo malo, in ea causa est, ac si lege qua de Sicariis lata est, noxius fuerit. conf. JO. IGNEVS ad *l. 26. n. 41. ff. ad SCtum Syllan.* ubi addit, posse etiam impuberem non manifestantem domini occisorem supplicio adfici, licet eum denominare non potuerit, præprimis si is ad pedes domini cubuerit, cum occideretur, nec dormiverit; IGNEI tamen asserto repugnat §. 32. & 33. *l. 1. ff. ad SCtum Silan.* ubi ætatem exculationem mereri, impuberique non folum etiam in quæstione parcendum esse dicitur, cui sententiæ tanquam æquiori malim calculum addere.
- Cafus 6.) Similiter etiam 6.) Chirurgi vel tonfores tenentur vulnera illata quorum cura illis committitur denunciare magistratui, si nempe statutis loci, vel vi præstiti juramenti ad illud sunt obligati. STRYK. *Uf. Mod. ff. de Prævaric. & ibi Aut.* Occurrit
- Cafus 7.) 7) fur, hunc qui recipit vel celat, consortem se profitetur delictumque adprobat, *Conf. Conf. crim. art. 40.* Nec enim dissimile

mile crimen est, rapere, ac raptorem cum re, e. g. furtiva celare, v. l. 9. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 48. §. 1. ff. de furt. Inde fit ut receptores delinquentium eadem interdum adficiantur poena; De quibus admodum notanter Iustus MARCIANVS in l. 1. ff. de Recept. Pessimum, scribit, genus est receptatorum, sine quibus non latere diu potest. Et praecipitur ut perinde puniantur atque latrones. In pari causa habendi sunt, quia cum adprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel surreptorum parte dimiserunt. Conf. l. 13. in fin. pr. ff. de offic. praes. MENOCH. L. II. A. J. Q. Centur. 4. Cas. 349. n. 21. expedit itaque Reipubl. si occultatores & receptatores aequè ac ipsi fures puniantur. v. COVARR. in cap. peccatum,

§. XXIV.

Juxta casum de fure prolatum non incongrue hic quaeritur: *Utrum quis ob solam conniventiam, sive scientiam delicti vel facinoris, quam habet, socius criminis dici queat?* Id quod negandum videtur, e. g. scit vicinus meus, in adibus meis furtum fieri, non impedit, quid juris? Resp. Causa furti non est, v. l. 48. §. 1. ff. de furt. nec injuriam committit, quia 1.) hic alteri ex nulla causa tenetur, nec alter quisquam juris habet in alterum ejusve actus: 2.) quia vicinus tacendo, quod fit, nulla in re excedit fines sui juris. 3.) Quia ne natura quidem tenetur revelare, vel accusare id, quod scit. v. l. Un. C. ut nemo invit. agere vel accusare cog. l. f. C. de Usur. pupill. conf. CARPZ. qu. 104. n. 50. seq. Quanquam pie & laudabiliter faciat, si vicino succurrat, vel crimen deferat ad judicem; Hoc vero virtutis est, non juris. Objiciunt quidem nonnulli l. 5. C. ad L. Jul. Majest. ubi is, qui conjurationem reticet, licet non sit confors, tamen ex reticentia teneatur; Alii respondetur: hoc specialiter constitutum est in L. Jul. Majestatis, in securitatem Reipublicae, & juris civilis est. Igitur in foro soli a Magistratu interrogatus demum delictum indicare tenetur; ipsumque v. g. cum fure, de non detegendo, pactum, haud exculat. v. c. 19. X. de jurejur. sic respondit, F. J. L. Mens. Dec. A. 1699. referente MENKENIO in Theor. & Praxi Pand. ad Tit. de recept. §. 4. p. 1505. ubi adhuc aliud

aliud præjudicium adducit, quod is, qui furtum 12. gross. non indicaverit, nullam incurrat pœnam.

§. XXV.

Casus 8.)

Esto de jure civili casus 8) in filio, sive suo, sive emancipato, sive naturali, sive legitimo, ubi enim lex non distinguit, nec nostrum est distinguere, v. l. 8. ff. de publ. in rem act. qui si sciat conspirationem in patrem factam, revelare debet, v. l. 6. ff. de lege Pompeja de parric. ibi: Et ait Marcianus, etiam conscios eadem pœna adficiendos, non solum parricidas; proinde conscii etiam extranei eadem pœna adficiendi sunt. Filius igitur, ni detegat, pœna parricidii plectitur, v. DECIANVS in tract. crim. l. 9. c. 13. MENOCH. de Arbitr. Jud. L. II. Cent. 4. cas. 356. n. 24. Quod nimis rigidum arbitratur SCHVLTES in loc. comm. verbo: parricidium. Quæ sententia plane cessat a) in liberis adoptivis, cum in his vinculi naturalis & sanguinis non deprehendatur nexus, add. l. 23. de liber. & posth. l. 7. de in jus. voc. MENOCH. de præf. l. 4. præf. 84. b) in liberis expositis à parentibus, quia, ex quo pater amisit jus filiationis in liberis expositis, si ejusmodi filius patrem exponentem interfecerit, non est parricidii reus, ergo nec erit reus illius delicti, si conscius saltem occasionis fuit, v. l. 2. C. de inf. expos. c) Plane impunibiles sunt liberi, si pater patriæ sit proditor, v. l. 35. de Relig. & sumt. fun. confer. MENOCH. L. II. conf. 356.

§. XXVI.

Casus 9.)

Punitur 9) delicti conniventia sive scientia in fratre, qui sciebat fratri insidias parari, easque non indicavit, sic enim SCÆVOLA in l. 2. ff. de l. Pompeja de parric. Frater autem ejus, qui cognoverat tantum, nec patri indicaverat, relegatus est, v. DECIANVS L. 9. c. 16. n. 23. ubi ait: Est & alia, hoc in casu, indicta pœna adversus fratrem & reliquos supra commemoratos, ne sc. occiso succedant, v. MENOCH. d. A. J. Q. Cas. 356. n. 76. & 77. id quod extendunt Dd. iterum in consanguineis usque ad quartum gradum, quod sc. non revelantes conspirationem erga ipsos, extra ordinem coercendi veniant, & quidem propterea,

ea, quia in hisce & similibus casibus, scientia non est simplex, sed admixta cum ratione subjectionis & debitæ adfectionis. Re-fero huc 10.) eos, qui falsam monetam cudunt, hoc crimen, quod etiam atrox merito & læsæ Majestatis vocatur, severa quoque coercenda est pœna; Hinc etiam in conniventes & non indicantes hoc delictum arbitraria pœna diciari solet, uti *pronunc. F. J. L. M. Jun. 1703.* adducente MENCCKEN. in *Theor. & Prax. Pandect. ad Tit. de recept. §. 4. in f. p. 1506. v. l. 1. C. de falsa monet.* Hodie illi Domini amittunt ædes suas, qui scientes passi sunt, in suis ædibus falsam cudi monetam, per *Const. Crim. art. CXI.* ibi: Die ihre Häuser darzu wissentlich leihen, dieselben Häuser sollen sie damit verwircket haben, qui vero conscii sunt, arbitrariæ, uti dictum, puniuntur, v. DECIAN. *Lib. IX. c. 25. n. 1. & 2. & cap. XXIII. n. 4. conf. FARINAC. qu. 115. n. 32.* Varia singularia circa hoc delictum vide penes BRUNNEM. in *comment. ad cit. l. 1. C. de falsa moneta.* DAMHOUD. *Pr. Crim. c. 65. n. 8. & 9.* Dictis addo 11.) Crimen assassinii. Communiter *assassini* nomine venit tum *mandans*, tum Mandatarius; A quibusdam vero ad differentiam Mandans *Assassinator*, Mandatarius autem *Assassinus* audit. Itaque si aliquis occidit aliquem ad instantiam vel mandatum alterius, corruptus pretio vel pecunia, *Assassinium* à Dd. appellatur. Cur autem ita dicatur, hic non restat dicere, optime hoc ex PAVLO ÆMILIO exponunt FRANC. DVAR. *Lib. II. disp. anniv. c. 12.* & TIBERIVS DECIANVS in *Tr. Crim. L. 9. c. 30. conf. STRYK. de mandato delinquendi, Sect. 2. §. 17.* Pœna hujus est rota, v. CARPZ. *qu. 19. n. 19.* Scientes vero & non revelantes hoc enormè delictum, arbitraria pœna, relegationis, suffigationis, pecuniaria, &c. sunt adficiendi, uti Dd. communiter tenent. *conf. EYBEN de Assassinio s. homicidio imperato, in ejus Scriptis Argent. 1708. editis, p. 408. seq.*

Casus 10.)

Casus 11.)

§. XXVII.

Quod in præcedentibus de *scientia punibili* in crimine per-duellionis & parricidii diximus, id plerumque Dd. ad quælibet alia atrociora delicta & crimina extendunt, v. g. ad *veneficos*, *crimina exsodo-* tendunt.

Cor sodomitas, incendiarios, *ἄτοξοι*, hæreticos, bigamos &c. quæ, uti putant, singula à scientibus sunt revelanda & omittentibus arbitrariam pœnam injungendam esse statuunt; hinc feminæ cuidam infanticidam non revelanti, fustigationem cum perpetua relegatione dictatam fuisse, meminit GERDESIVS, *de jure revelationis, cap. 3. §. 10. v. TVSCH. Concl. 65. n. 17. l. 5. CLARVS §. f. qu. 87. n. 4.* quia vero citati Doctores, & qui ab illis adlegantur, opinionem suam argumento textuum læsæ Majestatis & criminis parricidii saltem fulcire solent, hinc, quoad punctum juris alii aliter etiam sentiunt. *v. FARINAC. qu. 51. n. 55.* qui in contrariam abiit sententiam eo, quod in pœnalibus, absque textu expresso, extensio non admittatur, *v. l. pen. ff. de pen.* Quod vero praxin attinet, priorum opinio sine dubio verior. Non desset permulti casus, qui ex jure civili adduci potuissent, cum vero omnes, vel plures saltem cum suis limitationibus describere, integrum tractatum requireret, hinc, quæ dicta sunt, exempli loco sufficere, quidam vero alii in WILLENBERGII dissertatione, quam supra adlegavimus, evolvi possunt, *conf. BÖHMER, de obligatione ad revelandum occulta. Halæ 1734. die 28. Aprilis hab.* Postulat enim instituti ratio, ut ad jus Saxonicum transgrediar.

§. XXIX.

CIT
 Transgressio
 ad Jus Saxo-
 nicum.

Cum itaque ego hucusque ex omni jure probaverim, delicti conniventiam sive Scientiam punibilem esse. Spatium quod adhuc superest, soli juri Saxonico destinatum esto. Dividitur autem jus Saxonicum in *commune & Electorale*, id quod nemini non potest notissimum non esse; Utroque autem *scientiam delicti* impunitam non relinqui ex iis, quæ sequuntur, adparebit.

§. XXIX.

Regulariter
 delictum re-
 velandum
 non est &
 jure civili
 &
 Saxonico.

In thesi autem omnino credendum, quod is, qui scit delictum commissum, illudque non revelaverit, nullam incurrat pœnam, per *l. un. C. ut nemo inuit. agere vel accus. cog. l. 46. §. 1. ff. de furt. Conf. Nemes. Carol. a. 214. l. 1. c. 6. C. de serv. fugit.* id quod regulariter etiam verum de jure Saxonico, nam & hic procedit, si nemo invitatus accusare crimen compellitur, *a. l. VN. nemo*

nemo quoque cogi potest, ut alterius secreta vel peccata revelet, *vid. PETR. THEOD. in Coll. Crim. disp. 3. ib. 25. tit. c.* Dixi regulariter; Multa enim, etiam jure Saxonico, dantur delictorum commissorum species excepta, quorum scientia scientem, nisi revelet, delicti ac poenae reum facit. Hoc primo ex jure Saxonico communi, deinde vero etiam ex Electorali variis exemplis illustrabimus. Occurrit 1.) in *Jure Provinciali L. I. art. 2.* casus, ubi Sculteti pagani, die Dorff-Schulzen, sive uti alias vocantur, die Bauer-Meister oder Richter, certis temporibus singula delicta denunciare tenentur, ibi, die Land-Cassen, so keine liegende Grund-Stücke in Lande besitzen, sollen ihres Gouvernents Ding-Gerichte aller 6. Wochen besuchen. Daselbst, und in jedwedet Voigt-Gerichte, soll der Bauer-Meister, alle die, so zu dem Gerichte nicht kommen, und doch zu erscheinen schuldig sind, an geben. Desgleichen soll er auch gerichtlich anzeigen, wenn geruffter ergangen, wenn jemand von einem andern verwundet worden, und überhaupt alles Verbrechen, worauf die Hand und Leibes-Straffe steht.

Limitatur,
Punitur con-
niventia jure
Saxonico
communi &
El.
Casus 1.)

§. XXX.

Fures jure Saxonico etiam capitaliter puniuntur per Land. X. L. II. art. 13. ibi den Dieb soll man hengen; ad qua verba *Glossa* notanda in verbis; und darum soll ihn kein Richter von einem Uebelthäter die Straffe abbitten oder abweinen lassen. *v. can. 33. Caus. XXIII. qu. 4. § l. 19. ff. de offic. pres.* darum sagt er, den Dieb soll man hengen. Gleich ob er sagen sollte: Bitter er gleich um einen andern Todt, man soll ihn ihm nicht wiederfahren lassen. *v. l. 11. ff. de pen. conf. Lib. 1. tit. 69.* Sicuti autem in fures suspendii, in raptores vero *partim rotæ, partim gladii poena cit. art. 13. constituitur*; Sic 2) eadem etiam poena, qui tales delinquentes celant, & non manifestant, adficiuntur, eodem articulo, in verbis: Wer den Diebstahl oder Raub verhölet, oder jemanden mit Hülffe darzu bestiehet, und des überwunden wird, über den soll richten, als über jenen. *Juxta commune & tritum proverbium, der Hehler ist so gut, als der Stehler, est enim pessimum genus receptatorum. conf. supra §. 26.*

Casus 2.)

§. XXXI.

§. XXXI.

Casus 3.)

Homicidium 3.) huc refero, quod, fatentibus omnibus, nefandum est crimen; proptereaque, uti supra a nobis adductum fuit, jure etiam divino homicida morte puniendus; quæ poena non tantum in Saxoniam obtinet, sed ut eo facilius & melius hoc delictum puniri, & terra iterum cum Deo conciliari possit, est denunciandum, per *art. 91. Lib. III. juris provincialis* ibi: *Solche Sachen soll man aber bey dem Gerichts- Tage rügen.* Si vero a Sculteto, vel aliis, quibus delicti revelatio incumbit denunciatio sit omissa, arbitrarie in celantem animadvertendum est. Quoties vero, etiam de jure Saxonico communi, denunciatio necessaria, toties hoc intelligendum est, non de quibusvis, sed saltem de publicis delictis, & publicum interesse concernentibus; Non itaque hoc extendendum ad injurias privatas, intuitu quarum transactiones inter partes rata, *l. 18. C. de trans.* impunes sunt, ut maxime non revelentur judici; Licet enim, inquit COLERVS, *de proc. execut. d. l. c. 3. n. 121.* in aliquibus præfecturis, sicut & apud quosdam nobiles inoleverit antiqua consuetudo, ut omnes & quæcumque injuriæ, sive privato, sive communitati factæ, etiam non referentibus Scultetis per privatos denunciandæ sint, in statis terminis judicialibus, superiori, wenn er Erb- Gerichte oder Voigt- Bedinge hält, dummodo velint evitare mulctam jus dicentis, ad quam alias tenebitur injuriam faciens; tamen ubi cessat hæc consuetudo, vel probari nequit, dicasteria harum provinciarum suas sententias conformant cum jure civili, quod neminem punit, ob non denunciatum vel revelatum maleficium commissum, per ea quæ tradit DEC. *in leg. culpa caret. so. n. n. de R. J.* Hæc COLERVS, quæ etiam concordant cum jure Sax. *v. Lib. I art. 62. in princ.* ibi: *Jedweder mag seinen Schaden wohl verschweigen, so lange er will.* Latius excurrere, & adhuc alios casus tam ex jure Provinciali, quam feudali & Weichbildico adducere possem; Cum vero ex his scientiam delicti jure Saxonico communi punibilem esse, satis constet, reliquis omissis, ad jus Saxonicum Electorale ultimo loco me converto.

Transgreditur ad jus Sax. El.

§. XXXII.

§. XXXII.

Crimen læsæ Majestatis divinæ sicut merito primum inter delicta, quæ à Doctõribus atrocita vocari solent, occupat locum, v. supra §. XI. XII. & XXIV. sic etiam Religiosissimi Legislatores Saxonici severam pœnam, si hoc delictum præprimis *immediate* in Deum sit commissum, *ultimum* scil. *supplicium*, v. WERNHER, P. IIX. O. 599. & aliquando linguæ *abscissionem*, dictari jubent, quamvis hæc ultima hodie cesset, & loco hujus fustigatio cum perpetua relegatione injungatur, v. Dec. El. 75. & ad hanc PHILIPP. CONF. TENZELL, *de eo, quod justum est circa blasphemiam*, §. 25. seq. Erfurth. 1727. hab. Ut vero eo melius à blasphemii absteineant homines, saluberrime cautum ab *Electore Saxonie*, hoc delictum à quolibet sciente intra spatium septimanæ ad puniendum judici denuncian- dum esse, alias scientiam hujus habens arbitrarie plectendus, e. g. numellis, carcere vel multa. Sic enim in *Ord. Sax. Dn. JO. GEORG. I. d. A. 1612. §. 2.* hac de re disponitur: Sondern auch diejenigen nach Befinden in ernste Straffe gezogen werden sollen, welche darbey und darneben gewesen, und doch, Inhalts vorgebachter des Heil. Römischen Reichs Policey-Ordnung, solches der Obrigkeit innerhalb 8. Tagen nicht angebracht. Quæ pœna a Dn. JO. GEORG. II. in *Ord. Polit. de Anno 1661. tit. III. §. 2.* his verbis exprimitur: Würde aber ein oder der andere, es sey bey Zusammenkünfften, oder sonst, dergleichen Gotteslästerung hören, und der Obrigkeit zur Straffe nicht anzeigen, der oder die sollen nach Gelegenheit der Gotteslästerung und Richterlichen Willkühr, entweder an Geld, oder mit Gefängniß, oder da die Gotteslästerung unmittelbar wider den Allerhöchsten geschehen, mit Anschließung an das Hals-Eisen, oder nach Gelegenheit der Person, sonst ernstlich bestraffet werden. Unde ei, qui intra octiduum blasphemiam auditam non denunciaffet, F. J. L. carcerem quatuor dierum dictavit, M. Junio 1722.

§. XXXIII.

In crimine lenocinii, si quidem lucri causa fiat, pœna In crimine le-
gladii, sin gratis, fustigatio cum perpetua relegatione. P. IV. nocinii.
C. El. 29. dictatur. Lubet autem hic brevissimis inquirere:
An Parentes, qui filios scortari permittunt, pœna eadem sint

D

ad-

adficiendi? Quæ quæstio commodè decidi nequit, nisi prius constet: utrum hoc factum intuitu parentum pro lenocinio sit habendum? Id quod negandum videtur, cum lenocinium sit proprie *feminas questuarias habere, illisque questum exercere, v. l. 4. §. 2. de his qui not. infam.* Sed objicies, in *cit. §. 2.* etiam liberorum mentionem injici; respondetur: Quæstus pro forma lenocinii requiritur, qui in filiis cessat; Nec obstabit *cit. Const. 29.* vi cuius, ut jam monitum, & lenocinium absque lucro dicitur committi, fustigationeque coercendum; Respondetur: & hic saltem de *filiabus* sermonem esse, usus vocabuli *prostituerè*, quod congrue de masculis dici nequit, testatur; Ex quibus adparet, non posse adferi, à parentibus hoc casu, sc. intuitu filiorum, lenocinium esse commissum.

§. XXXIV.

Pœna Scientis Conniventiam vel Scientiam, in delictis carnis maxime, jure divino esse punibilem, supra §. X. exemplo summi Sacerdotis *Eli* a nobis ostensum fuit; hic itaque in specie adducendum; nec jus Saxonicum silentio præterire scientiam delicti, lenocinii præprimis, non enim dubitarunt *Scabini Lipsenses matri scienti* relegationem ad 3. annos dictare, sequentem in modum: So viel aber die Mutter anlangt, dieweil sie die Betteln in ihrem Hause aufgehalten, und ihren Sohn mit denselben Hurerey treiben lassen; Als mag sie derowegen, iedoch, wenn die zwo abgehörte Zeugen ihre Aussage eydlich wiederhohlet, auff 3. Jahr des Landes verwiesen werden. v. CARPZ. *Pract. Crim. P. II. qu. 71. n. 44.*

§. XXXV.

in crimine homicidii. Quam periculosa sit scientia in homicidii delicto, si id iudici ad puniendum non denunciatur, patet ex Responso, quod adducit CARPZ. *qu. 184. n. 66.* ubi sequentem in modum *Scabini Lipsenses* pronunciarunt: So viel aber ihres Mannes Mutter anlangt, weil dieselbe um solche Mordthat gewußt, und sie verschwiegen, wird sie derohalben des Landes ewig billig verwiesen. Et *num. seq. 68.* iidem *Scabini*, iterum responderunt: Weil seine Mutter nicht in Abrede, daß er ihr solche Mordthat, als sie vollbracht, bekannnt habe, und sie dieselbe, biß sie zur Verhaffte gebracht worden, verschwiegen: So wird sie deswegen willkührlich mit
Ge.

Gefängniß, oder zeitlicher Landes- Verweisung in Straffe genommen.

§. XXXVI.

Cum de poena, consuetudinibus Longobardicis, quæ reticentibus Vasallis injungenda, supra §. XVII. seq. explicaverimus, hic quid de Vasallo *sciente* & tamen *tacente* jus Saxonicum feudale Electorale statuatur, dispiciendum venit. Et, quod omnino hoc jure obstringatur Vasallus ad detegenda Domino ea, quæ damnosa ipsi esse possunt, testatur formula juramenti, quod Vasalli Saxonici præstare tenentur, quæ inter alia sic concipitur: Auch nicht in dem Rath, vielweniger bey der That seyn, da wider Ihre Chur- und Fürstl. Gnaden gehandelt und gerathschlaget würde; Ihre Chur- und Fürstl. Durchl. auch Deroselben Erben, Frommen, Ehr und Nuß befördern, Schaden warnen und wunden nach euren Vermögen etc. vide STRYK. *Ex. Jur. feud. in appendice sub No. II. X.* ubi duas huc pertinentes formulas exhibet. Specialis hac de re extat *Constitutio Du. AVGVSTI, de Anno 1572.* inter eas, quæ typis excusæ non sunt, sub rubrica: Ob ein Lehmann oder Unterthan, da er weiß, daß seinem Herrn nachgetrachet wird, und solches nicht angezeigt, ex sola scientia, mit dem Schwerdt zu straffen sey? adducitur in hac constitutione inedita opinio BARTHOLI, in l. 6. ff. de L. Pompej. de parricid. sentientes, hoc in casu pleæendum gladio vasallum. *Serenissimus vero Elector Saxonie*, negativam amplectitur, cum 1.) possit deferenti deficere probatio, sicque ad evitandum periculum eum denuntiationem omisisse credendum, 2.) quod dissentiant Dd. inter se, num hic ignorantia juris excuset, præsertim cum à simplicibus hominibus sæpe talis denunciatio pro proditione injusta habeatur, 3.) quod in hoc delicto, quoniam magis in omittendo, quam committendo constat, plus culpæ, quam doli adsit. His ex rationibus sat gravibus in reticentem poena arbitraria saltem statuitur.

in felonia.

§. XXXVII.

Converto me ad *Edictum Regium de Duellis de anno 1712.* In causis, quæ die 2. Jul. vi cujus injuriæ illatæ, quæ à §. 8. usque 16. recensentur, Edicto regio de Duellis vindicantur, sat graviter puniuntur, & propterea ab ipso quoque læso denunciandæ.

ciande sunt, v. §. 16. ibi: So soll der Beleidigte, wenn auch gleich unter ihnen eine Christliche Versöhnung allbereit vorgegangen wäre, dennoch, und damit dem Publico daraus kein Nachtheil erwachse, auch derselbe auf eine und andere Art, zu einer unzeitigen Remission der öffentlichen Abbitte, und Verschweigung der That, nicht genöthiget werden möge, bey Vermeidung einer unnachbleiblichen Straffe, von zwey bis drey Monathl. Gefängniß, gehalten seyn, das an ihm ausgeübte Factum gehörigs Orts anzugeben. Eadem de provocationibus §. 31. disponitur, ibi der Provocat soll sich auch nicht gelüsten lassen, auf die geschehene Provocation zum Duell zu erscheinen, sondern so fort, was sich zugetragen, mit allen Umständen, der nächsten Obrigkeit, sie sey Civil oder Militar, denunciiren. Et si hoc non faciat, eadem, qua provocans, poena adficiendus, per §. 34. c. Edicti.

§. XXXVIII.

Reticentia Duelli, ubi mors non secuta, admodum est punibilis, per §. 44. in fine, ibi: mit halb-jährigen Gefängniß, darinne ihm nur Wasser und Brod zu reichen, gestrafft werden. Qui vero homicidam ipsum celat, & judici non denunciatur, vel ipsi delinquenti media ad fugam suppeditat, eodem modo, quo delinquens plectendus est juxta §. 45.

§. XXXIX.

Etiā in spectatoribus.

Spectatorem agere, si in se consideretur, res indifferens est omnino, nisi adsit lex prohibitiva; Sic Clerici, qui ludis spectandi causa interfunt, per triennium ab officio sunt suspendendi, v. auct. interdicimus. C. de Episc. & Cler. Ne igitur occultentur delicta, & impune transeant, admonentur spectatores in Edicto de Duellis, ut in continenti denuncient, unverzüglich, alias in §. 49. per tres menses, & pro qualitate personarum, carcer cum arena ipsis dictari ibidem jubetur; ibi: mit drey Monathlicher Gefängniß-Straffe anzusehen, und nach Unterscheid derer Personen, darinnen mit Brod und Wasser zu speisen.

§. XL.

Omnia igitur contra Edictum de Duellis a scientibus judici sunt manifestanda sub poena, quæ §. 50. his verbis exprimitur: sollen, scientes seil. & non revelantes, wo würckliche Pro-

Provocationes geschehen, oder gar Duelle darauf erfolget, selbige, bey Vermeidung halb-jährigen Gefängnisses, bey andern Fällen aber, bey arbitrarischer jedoch nachdrücklicher Straffe, schuldig seyn, solche anzugeben. In quo §. simul etiam illis, qui statim ejusmodi delicta ad judicem deferunt, certa pecunia summa, nunc 100. nunc 50. nunc 30. *thal.* exsolvenda præcipitur; Interim hæc revelatio & denunciatio bono animo & studio Reipublicæ fieri debet, alias ad coercendos calumniatores *v. §. 31.* ibi: Doch hat die Obrigkeit *rc.* si tales deprehendantur, poena talionis insigenda, §. 50. verbis würde sich aber einer *rc.*

§. XLI.

In noviori mandato Regis, de Anno 1715. Die Bettler, Aliud Mandat- Land-Streicher und ander böses Gefindel, concernens, iis, qui tum de con- huic rei in specie præfæcti sunt, denen Straffen-Bereuthern, ventia & sci- ferio injungitur, ut sedulo caveant, & facta illicita personas, entia punibili. que suspectas revelent; Qui vero scienter hic peccant, poenam incurrunt, de qua §. 10. sic disponitur: Derjenige Straffen-Bereuther hingegen, so sich disfalls nachlässig erfinden, und wohl gar Geld oder Geldes werth zu nehmen, sich gelüsten lassen wird, (als worauf alle Unter-Obrigkeiten und Gerichts-Personen, auch Gast-Wirthe und andere fleißig achtung zu geben, und solches, wie ihnen etwas hiervon bekannt wird, anzumelden haben) soll als ein Pflichtvergeßener des Dienstes entsetzet, und noch überdis mit empfindlicher Straffe, oder nach dabey sich ereigenden Umständen mit dem Bestungs-Bau unfehlbar belegt und angesehen, auch andere, welche dergleichen Leute verbölen *rc.* zu Gefängniß und Leibes-Straffe gezogen werden; *conf. §. 10. & 15. dicti mandati.*

§. XLII.

Speciali quoque Edicto de Anno 1724. §. 7. in fine, expres- Edictum no- se provisum, ut, qui malitiosis decoctoribus fugæ subsidium vius de mali- subministrabant, aut etiam cum illis inspirabant, secundum rejtiofis decocto- circumstantias vel arresto, vel etiam inquisitione contra illos ribus. sit procedendum, illisque, qui exinde damnum sentient, regres- sus ad illos pateat. Quæ poena conniventium vel collu- dentium in eodem Edicto ejusque §. 14. magis adhuc extendi- tur,

tur, & exasperatur, ita ut nequidem proximi debitoris consanguinei, nec advocati, qui scientiam fugitivi habent, excipiantur. Sic enim Legislator: So befehlen wir auch ernstlich, daß jederman, der me von einer vorhabenden Flucht eines *Debitoris* gegründete Wissenschaft beywohnet, solches gehöriges Orts anzeige, da ferne aber bey gehaltener Untersuchung das Gegentheil, und daß solches ohngeachtet der gehaltenen Wissenschaft unterlassen worden; sich finden solte, so ist derselbe deswegen nach Befinden mit Geld, oder Gefängniß-Straffe zu belegen. Würde auch jemand sich gar unterstehen, einem dergleichen böshafften Verrüger, auf ein oder andere Weise, in seinem unverantwortlichen Vornehmen behülflich zu seyn, ihme bey der Flucht an die Hand zu gehen u. derselbe soll, wenn er auch gleich von des *Debitoris* nächsten Verwandten, Advocaten, Handels-Dienern, Hausgenossen, Mäcklern und dergleichen wäre, nach Beschaffenheit derer miteintauffenden Umstände, auch wohl gar mit Landes-Verweisung, Zucht-Hause, oder Bestungs-Bau bestraffet werden.

§. XLIII.

Novissimum.

Edictum novissimum de charta signata d. A. 1732. in denen Erinnerungungen, §. 17. circa finem, revelationem his injangit verbis: Es soll aber dennoch allen Gerichts-Herren, und Unter-Obriegkeiten obliegen, auf die Einnehmer ein wachsamcs Auge zu haben, und was zur Verbesserung der Einnahme und Verhütung Unterschleiffe dienlich, mit veranstalten zu helfen, oder zur Ober-Steuer-Einnahme einzuberichten, alle und jede, wegen dieser Imposten sich ereignende Fälle und Zweifel, bey der Ober-Steuer-Einnahme zu melden, und von dar Bescheids zu erwarten. In conniventes, scientes & non revelantes itaque poenam arbitrariam, pro iis, quæ rem circumstant, diciari posse, dubitabit forsitan nemo.

§. XLIV.

Conclusio.

Plura quidem de hac fertili & in foro sæpe contingenti materia, quæ dicta longe excederent, facili negotio colligere potuissem. Ne vero prolixitatis reus fiam, & materia, quæ ob rerum amplitudinem & fori usum integrum posceret tractatum, disputationis limites excedat, pedem hic figo. Itaque hoc tempore sit hujus tractationis

FINIS.


ULB Halle
005 355 729

3



1996
A
4158





DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
**POENA DELICTIS
CONNIVENTIVM**
VEL
**EORVNDEM SCIENTIAM
HABENTIVM,**

INPRIMIS
AD FORA SAXONIÆ ADCOMMODATA,

QVAM,
MAGNIFICO ACADEMIÆ RECTORE
ET FACVLT. JURID. DECANO,

DN. TOBIA JAC. REINHARTHO,

JCTO, DICTÆ FACVLT. JURID. ASSESSORE ET COD. P. P. ORDIN.
ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITIS DE GLEICHEN ET HAZFELD CONSILIARIO,
NEC NON EJVSDEM CANCELLARIÆ ET CONSISTORII BLANCKENHAIN.
DIRECTORE, CIVITATIS ERFORD. SYNDICO

ET CONSVLE,
EX PERMISSV

ILLVSTRIS JVRECONSULTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA ELECTORALI ERFORDIENSI,
PRO GRADV DOCTORALI

RITE CONSEQVENDO,
PVBLICE VENTILANDAM EXHIBET
AVTOR

SAMVEL HENRICVS RAVFFVS,

Ratisbonensis.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORE.
DIE I. OCTOBRIIS MDCCLXXXIV.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.